BASILIENSIA
Basel, 1433-1434
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=498
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

adiuuameta veritate Nonna Nicolaus de lyra

Cum enim iuste dominium sit res commerciabilis vt est communis doctorum sententia in l. Impium et l. Hoc maiorem ff de iur dom. Ita et sepe vendunt castra oppida ville et baronie quod igitur prohibet quod laycus huius tale iuste dominium titulo donationis legati vel hereditate vel alio legitimo titulo in ecclesia transferre non possit dicit Magr petrus quod tali dominio res communitas repugnare videtur et ad hoc allegat dictum Armachani et alia ad quod forte aliud quesuissem responsum nisi hoc in proprio accidisset tam clare celebre et firmosum quod res publica romanorum senatu nata magnum habuit iuste dominium et multe hodie ciuitates habent iusta dominia ergo non repugnat communitati habere iuste dominium sed et ecclesiae clare liquet quod nec illa maio videt platis ecclie non potest exercere in propria persona temporalem jurisdictionem ergo eadem non potest illam habere Nam et senatores aut consules Rome non poterant exercere jurisdictionem in primitiis in persona propria Sed dabant presides provinciarum Ideo quod ciuitas Barchie habet villas et castra nec tamen consules ciuitatis possent ibi jurisdictionem exercere sed mittunt ibi officiales qui jurisdictionem exercent

Nam nil restat ex dictis ex aduerso nisi forsitan rationes vltimo date vbi sic habetur Insuper intra predictum punctum tenemus quod ad tem pertinet iniquitatem regnare in clero quod in defectu spiritualis possessionis liceat brachio seculari auferre bona temporalia a viris ecclesiasticis hominibus delinquentibus que possessio est mihi confuse posita et absque alia probatione vel declaratione est ideo possit eadem facilitate contempni qua ponitur sed nolo ea petere cum intra ipsam duo impia crudelitatem vitate sed istud puto facilius et tolerabilius ergo tu sic prius in principio ecclie plat et postmodo ecclesiastice licitum esset habere et possidere bona temporalia mobilia et immobilia et iuslia dominia firmissime hactenus dominet ideo hoc pertinetur

Ad quod probandum quadruplex modus vtitur intendo quod sunt iiiior euangelistarum testimonia euangelica doctrina fundatur sic in quatuor fundamentis veritatis ista firma consistat Et primo sic illud constat esse licitum quod nulla est lege prohibitum vti dicit Augustinus ad polentinum epistola 91 Jam nunc Sed hoc nulla lege prohibetur igitur est licitum minor est in forma maior est nota de se Et est Augustini vt sup. minor probatur non inducit michi sed asserenti contrarium qui dicat hoc prohibitum prohibitione ondat Nam ad ea que allegata sunt sufficiens responsio est Ad secundum sic illud est